

abc

13 (Annunziata, n. 595)

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

abc

13 (Annunziata, n. 595)

1449 febbraio 9, Ind. XII, Matera

In nomine Dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadrigentesimo quatragesimo nono. Regnante inclito et serenissimo domino domino nostro Alfonso Dei gratia excelso rege Aragonum, Trinacrie, Valentie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, nec non Hungarie, Ierusalem, Sicilie, Dalmatie, Crohatie, Rame, Servie, Galitie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rege, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis et Barchinone comite, duce Athenarum ac Neupatrie et Rossilionis ac Ceritanie comite, regni vero huius Sicilie citra farum dominii sui anno quintodecimo feliciter amen. Dominante quoque in principatu Tarenti, comitatu Licii et civitate Mathere illustri et serenissimo domino domino nostro Iohanne Antonio de Ursinis de Baucio, principe Tarenti, Licii comite et regni Sicilie magno comestabulo etc. Mense februarii, die nono eiusdem, duodecime indictionis, Mathere.

1

Nos Loysius Thomasii Nicolai de Angelo de Mathera per provinciam terre Ydronti tantum reginali auctoritate ad contractus iudex, Nicolaus notarii Eustasii de Mathera publicus ubilibet per totum dictum regnum Sicilie reginali auctoritate notarius, domnus Donatus Magnaresio, domnus Petrus Nicolai de Cassano, Donatus notarii Eustasii de Mathera, Petrucius notarii Iohannucii et Angelus Citiniolus, testes subscripti et subsignati, litterati et illitterati, de eadem civitate Mathere ad hoc specialiter vocati et rogati presenti scripto publico fatemur, notum facimus et testamur quod prescripto die ibidem in nostri presentia constitutis
manca in M>

Leono Mucii de Alemo de Mathera agente pro se et suis heredibus ac successoribus parte ex una et domno Luca Iacobi de Rusito de Mathera agente pro se suis heredibus ac successoribus parte ex altera, prefatus quidem Leonus voluntarie asserens coram nobis quod considerans, animadvertens et attendens grata grandia et accepta servitia atque merita et beneficia cum benignitate et caritate compensa, que dictus domnus Lucas eidem et filiis suis hactenus prestitit, prestat ad presens ac prestare poterit dante Domino devotius in futurum, quoniam dictos filios suos a tempore eorum pueritie continue et diligenter docuit, docebat et docet in presentiarum mores, virtutes et documenta quos, quas et que sibi ministravit et ministrabit Altissimus, volens ut dixit eidem // (238v) domno Luce condigna stipendia rependere meritorum ac eidem de aliquibus bonis suis stabilibus providere in nostrum predictorum presentia voluntarie, palam, publice, per mera eiusdem liberalitate, per guadium et stipulationem pure, libere et simpliciter, donationis titulo irrevocabiliter perpetuo inter vivos donavit et per fustem ut moris est dedit, tradidit et assignavit prefato domno Luce tamquam benemerito et eidem obsequioso quamplurimum ibidem presenti, volenti, et predictae donationi expresse consentienti et pro se et suis heredibus ac successoribus recipienti et stipulanti solemniter et legitime petiam unam vinearum vituum cum arboribus, quam habere se dixit, sitam in tenimento Mathere, in contrata Lame de Camarda, subscriptis finibus designatam cum introitibus, exitibus, accessibus et egressibus suis ac cum omnibus intra se in integrum habitis et contentis et cum omnibus iuribus, actionibus, usu, consuetudine, utilitatibus et pertinentiis de fine in finibus suis, francam, liberam et exempta ab omni

onere servitutis directus, prestationis, servicii redditus sive census, cuius quidem petie vinearum vitium cum arboribus prefatus Leonus donator hos dixit esse fines videlicet primus finis est vinea Loysii Thomasii Nicolai de Angelo, secundus finis est vinea Nardi Lecchye Valentis, tertius finis est vinea dotalis ipsius Leonis donatoris, et quartus denique finis est vinea Petri Angeli de Petro, necnon et quintus finis est vinea dotalis Blasii Stephani de Leone via vicinali mediante. Et si qui rei alii sunt fines fiant confines veriores infra hos itaque fines totam et integram dictam peciam vinearum vitium cum arboribus donavit et per fustem ut moris est tradidit et assignavit eidem titulo donationis irrevocabiliter perpetuo inter vivos cum omnibus iuribus, utilitatibus et pertinentiis suis superius declaratis, ipsumque de ea cum omnibus suis iuribus et pertinentiis supradictis in vacuum et corporalem possessionem per fustem ut moris est solemniter introduxit et investivit et constituit se prefatus Leonus donator prefatam peciam vinearum vitium cum arboribus tenere et possidere precario nomine et pro parte dicti domini Luce donatarii eius heredum et successorum donec prefatus dominus Lucas donatarius et suis heredes ac successores possessionem ipsius acceperit seu acceperint corporalem. Quam accipiendi et ingrediendi ac retinendi pro se et aliis eius nomine eius autoritate propria plenam licentiam tribuit et omnimodam potestatem prefato domino Luce donatario ibidem presenti, recipienti ac solemniter et legitime stipulanti pro se et suis heredibus ac successoribus, ita quidem ut amodo in antea et deinceps omnique futuro tempore dictus donatarius heredes et successores sui habeant, teneant et possideant dictam petiam vinearum vitium cum arboribus, cum omnibus suis iuribus

supradictis et de ea vel eis et ex eis faciant prout eis placuerit, ut veri domini et patroni, sine ipsius Leoni donatoris eiusque heredum et successorum ac omnium hominum molestia, contrarietate et requisitione nullis sibi et heredibus ac successoribus suis sine alicui alii iure vel petitione quibuslibet reservatis. Pro cuius quidem donationis prefate petie vinearum vitium cum arboribus, cum omnibus suis iuribus confirmatione prefatus donator voluntarie confexus est coram nobis presentibus, audientibus et intelligentibus se recepisse et habuisse ab eodem domno Luca donatario, ibidem presente, audiente et intelligente ac sollemniter et legitime per se et suis heredibus ac successoribus confexionem eandem leonagith, meritum scilicet satis eidem complacens et equipollens donationi predictae; nec non ut dicta donatio non valeat in aliquo vacillare, actum fuit specialiter inter eos ut tot intelligentur et tot sint donationes quot sunt res et rerum corpora donatorum et provisit prefatus Leonus donatarius et se et heredes et successores per guadium et stipulationem solemnem et legitimam, voluntarie obligavit in omnibus eiusdem domini Luce donatarii ibidem presentis et guadium ac stipulationem ipsas pro se, suis heredibus et successoribus recipientis et solemniter stipulantis premissam donationem et omnia et singula supradicta et infrascripta et ipsorum quodlibet rata, grata et firma habere et illibata servare et ullo umquam tempore contra eam et ea non facere vel venire per se suosque heredes et successores seu per aliam quamvis personam dicto, facto vel scripto aliqua ratione vel causa de iure vel de facto in iudicio vel extra iudicium seu quomodocunque nec ipsarum donationem ingratitudine vel ingratitudinis vitio vel aliqua causa renovare possit sed ipsum donatarium

et suos heredes et successores defendat et disbrigat et guarantire debeat ab omni suo debito et obligatione collegio, universitate et curia et ab omni humana persona eum vel eos molestare vel inquietare volente in dicta petia vinearum vitium cum arboribus et eius iuribus vel parte ipsorum. Et se scienter et expresse denunciacione teneri facta eis vel non facta denunciacione in quacunque parte iudicii ac reddere et restituere eidem donatario vel eius heredibus aut successoribus omnia dampna, expensas et interesse quas et que ipsum donatarium et quos heredes et successores forte proinde pati vel subire contigerit tam in iudicium occasione ipsorum, de quibus expensis dampnis et interesse stare voluit simplici dicto seu verbo ipsius donatarii vel eius heredum seu successorum sine alicuius sacramenti prestatione nulla alia extrinseca probatione quesita quod si contravenire presumpserit dictus Leonus donator et noluerit vel non potuerit predicta omnia et singula adimplere et observare promisit et se suos heredes et successores et bona eorum omnia mobilia et stabilia habita et habenda presentia scilicet et futura voluntarie obligavit per guadium et stipulationem solemnem dicto domino Luce donatario, presenti et legitime stipulanti pro se et suis heredibus ac preceptoribus, solvere sibi vel eius heredibus seu successoribus pene nomine uncias auri quinque pecunie ponderis generalis et totidem tarenos regie seu principali vel alteri curie cuius intererit et primitus pena ipsa fuerit denunciata me predicto notario publico una cum prefato iudice pro parte dicte curie et eodem donatario et suis heredibus ac successoribus ab eodem Leone donatore solemniter et legitime stipulantibus, penam eandem qua pena totiens commictatur et exigatur in singulis capitulis huius contractus, quociens contra predicta

et infrascripta omnia et singula et ipsorum quodlibet ventum fuerit in iudicio sive extra et ea exacta vel non seu graciosam remissa, predicta et infrascripta omnia et singula nihilominus in suo robore perseverant lege seu consuetudine aliqua non obstante donec et concedens dictus donator prefato domino Luce donatario, ibidem presenti, recipienti ac solemniter et legitime stipulanti pro se et suis heredibus ac successoribus, liberam licentiam et plenariam potestatem auctoritate eorum propria pignorandi se suisque heredes et successores per omnia eorum pignora licita et illicita iure vetita vel permissa sine iuxta iudicis vel alterius cuiuslibet magistratus sine calumpnia et appellatione donec predicta omnia et singula per ordinem compleantur et tenaciter observentur. Et certificatus prius dictus Leonus donator per nos prefatos iudicem et notarium de consilio sapientis de infrascriptis exemptionibus iuris legum auxiliis et beneficiis per se, heredes et successores suos super hiis omnibus et singulis voluntarie ex certa eius scientia renunciavit expresse exemptioni et oppositioni, doli, mali, vis, metus, fraudis et in factum generalis et specialis erroris, exemptioni vero sic celebrati contractus rei alio modo gesta vel aliter geste quam scriptum est iuri canonico civili ac etiam longobardo iuri scripto et non scripto iuri consuetudinario constitutionibus et capitulis imperialibus et regalibus factis et faciendis legidicenti una persona propter aliam tolli non debere iuri per quod in contractibus deceptis pervenitur iuridicenti penam in contractibus non apponi et appositam non exigi nec deberi et beneficio leonagith et meriti non accepti et legi si quis pro redemptione *** pro donatione dicenti donationem ultra quingentos solidos debere insinuari iuri dicenti generalem renuntiationem non valere ymmo

voluit eam valere tam ad specificata quam ad non specificata et non specificata pro specificatis haberi. Et omni alii exemptioni et oppositioni iuris legum auxilio ac beneficio communi vel speciali per que vel ipsorum aliquod ipse donator vel eius heredes aut successores possent venire contra predicta vel aliquod predictorum et ea in partem infringere minuere vel totaliter annullare et ad maiorem securitatem atque cautelam prefati domini Luce donatari et eius heredum et successorum prefatus Leonus donator ad sancta Dei evangelia corporaliter tacto libro voluntarie iuravit in manibus eiusdem donatari referentis sibi iuramentum predicta omnia et singula vere esse ipsaque eidem adimplere et observare prout et qualiter superius particulariter annotantur. Que predicta omnia et singula ego prefatus Leonus donator voluntarie fateor atque testor vera esse sic acta, gesta, dicta, donata, celebrata, obligata, consecrata, permissa, renunciata, iurata et stipulata fuisse per me solemniter coram predictis iudice notario et testibus ut superius sunt expressa et presens publicum continet instrumentum. Quod scripsi ego prefatus Nicolaus publicus ut supra notarius qui predictis rogatus et rogatus interfui et meo solito signo signavi subscriptione mei qui supra iudicis et nostrum subscriptorum et subsignatorum testium qui predicis similiter vocati et rogati interfuimus subscriptionibus et subsignationibus roboratum.

2

3

consenti *M*
vitium *M*

4

5

6

7

8

Ego Loysius Thomasii Nicolai de Angelo reginalis qui
supra ad contractus iudex me subscripsi

Petrucius notarii Iohannucii de Synerchia testor qui
supra

Ego Donatus notarii Eustasii testor qui supra

Ego dopnus Petrus Nicolai de Cassano testor qui supra

Signum crucis proprie Angeli Citinioli manus qui supra
testis illicteratus scribere nescientis

Ego dopnus Donatus Eustasii Magnaresii testor qui
supra

9

Così F e M
compellens M
solemniter M
Così M
Così F
manus cancellato in F